

1302, Novembre 18.

*Lettera di Marco Siboto al Doge, per i Marsiliensi che pretendevano d' esser depredati da' Veneziani in Ayazzo.*

Exemplum cujusdam littere misse a discreto Viro Marco Siboto Domino Petro Gradonico Duci Veneciarum.

Ducali celsitudini per alias meas litteras scripsi adventum meam Massiliam et de Ambaxata mea facta Vicario Regio, Iudici maiori et consilio generali Massilie simul et semel et que mihi respondeantur quod haberent consilium et respondeantur mihi taliter quod haberem esse contentus.

*Omissis*

Finis fuit quod in adventu vicarii qui esset brevis expediretur negotium aliquali modo; verum hoc dicunt ipsi tractatores et alii, quid possumus nos facere vobiscum; vos estis hic et satisfactionem petitis quam non debemus facere quia spectat ad officiales regis qui fecerunt totum illud quod dicitis de relaxatione predonis, acceptatione fidejussorum et permissionem hominum Massilie qui emerunt de rebus depredatis, et ex alia parte de vos capitibus nostros, nam duo de nostris cum eorum havere sunt arrestati in Candida et plures alii nostri habent requirere et recipere a comuni Veneciarum de damnis eis illatis in Armenia et alibi ad que quidem satis eis respondendi ad plenum, etc.

Scripta Massilie die XVIII Novembri.

[Commemoriale I. c. 29].